

1841. EICHWALD, EDUARD VON, born July 4, 1795 (Hagen).

Fauna Caspio- caucasia nonnullis observationibus novis illustravit Eduardus Eichwald. Cum Tabul. lithograph. XL. Petropoli, MDCCCXLI.

At page 225, under "Crustata," he says, "Inter caspii maris et nigri incolas e *Crustatorum* classe similis quoque ac inter Pisces intercedit differentia; in hoc scilicet propter maris communionem cum mediterraneo alia deprehenduntur genera aliæque prorsus species, quam in illo; sic ad Ponti incolas pertinent inter alia complura *Pagurus Diogenes Riss.*, *Pisidia longicornis Leach.*, *Xantho rinulosus Riss.*, . . . aliique; porro *Orchestia littorea Leach*, *Gammarus locusta Leach*. aliique, *Anthiæ* dein et *Hyalæ*, duo Amphipodum genera nova, *Amphithioæ*, *Idotheæ* . . . multaque alia, a cel. *Rathke* fusius descripta et a caspio mari plane aliena; alia denique in utroque mari offenduntur, quibus potissimum *Astaci* pertinent." For the "duo Amphipodum genera nova," he refers to Rathke, *zur Fauna der Krym*, 1837, so that for *Anthiæ* we should probably read *Amathiæ*. His own descriptions of Amphipoda are as follows:—

"GAMMARUS CASPIUS PALL. Reise durch Russland I. Petersb. 1801, pag. 477.

"Segmenta caudalia in dorso mucronata, postrema duo stylo dorsali mutico notata et appendice utrinque cylindracea bifurca, interjecto insuper medio foliolo linearí, primi paris pedibus minutis, secundo et tertio cheliferis, reliquis retrorsum versis.

"Hab. in caspio mari, ad ostium Rhymni una cum *Gammaro pulice Fabr.*, ad insequentem fortasse speciem referendo.

"GAMMARUS HÆMOBAPHEs m. Tab. xxxvii. Fig. 7. a. b. c.

"E fusco- viridis, segmentorum singulorum postico margine extremo lateralí purpureo- sanguineo.

"Hab. in mari nigro; in caspio adesse quoque videtur.

"Corpus vix 4 lin. longum; antennis ac pedibus omnibus et appendicibus caudalibus ciliatis.

"Inter antennas capiti parvo infixas mucro compressus nullus, quo itaque recedit a *Gam. cancello* Pall., (Spicileg. Zoolog. Fasc. IX. Berol. 1772 Tab. III. fig. 18.) cui in ceteris quoad antennas simillimus; priores tres articuli (pedunculus) superiorum antennarum *G. hæmobaphis* breves, articuli vero flagelli multo minores, minimi, numerosissimi; priores dein articuli duo inferiorum antennarum multo longiores, saltem duplo longiores illis superiorum, at minus numerosi articuli flagelli inferiorum ideoque haec multo breviores superioribus, licet paullulum crassiores iis, non ut in *Gamm. locusta* Pall. antennæ superiores multo breviores inferioribus. *Gammarus locusta*, a cel. Rathke descriptus (l. c. 373) fortasse ad hanc pertinet speciem, exceptis tamen antennis, quas superiores parum tantum longiores dicit inferioribus.

"Oculi viridi-nigri, semilunares.

"Squamæ segmentorum pectoralium laterales sive laminæ ab his segmentis dirempta pedesque contingentes volumine conspicuo notabiles; quarta lamina omnium reliquarum latissima, maxima, post eam tres aliæ minimæ, quasi rudimentariæ; numerus earum in universum illi pedum respondet, ut itaque septem segmenta pectoralia laminas ibidem laterales aductas et a media parte disjunctas monstrant; reliqua abdominalia segmenta genuina simplicia.

"Cauda sensim latitudine increscens, postrema duo segmenta exigua aculeis in dorso praedita ultimumque sursum conversa spina apicali. Sub hac cauda extremæ parte subtus inflexi spurii pedes breviores, apice bifidi versusque anteriora elongati alii.

"Pedes pectorales 7, antici duo tarsis latioribus instructi, tarso secundi pedum paris (l. c. b.) latiore, longiore, quam ille prioris (l. c. a.) subtusque hispido- aculeato; primi quoque paris pedum tarsus hispidus, at minus aculeatus, reliquorum instar; omnesque reliqui tertii instar (l. c. c.) pedes hispiduli; in *Gammaro locusta* duo pedes antici tarsis subæqualiter latis longisque instructi; tales quoque in nostro balthico.